2605

pertinen[tiis] cunctisq[ue] commodis ex eisdem bonis Nunc et ab antiquo provenientibus cum et seminatis hyemalibus Nec non frumentis in bonis Hermany per se antea Nobili Francisco Szajkowszky resignatis depositis Omniq[ue] iure suo Dominio proprietate propinquitate ac titulo haereditario pura mera syncera ac irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Cui iam ex nunc in praefata bona modo praemisso resignata introm[m]issionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem Regni praesentem et Nobiles duos adid facilius conducendos officio acceptandam dat et admittit submittitq[ue] se idem recognoscens cum successoribus suis eundem Donatarium suum et ipsius legitimos successores occasione praemissorum ab Omni impedimento iuridico et extra iuridico quarumuis personarum propinquarum et aemotarum cuiusvis sexus status et conditionis existentium tueri defendere evincere eliberare intercedere pacificare soluereq[ue] tam per se quam per quasuis submissas ac subordinatas personas non inviniare imo ea bona ab Omnibus inscriptionibus pr[a]esentibus et posterioribus factis et faciendis tum et oneribus quibusuis semper munda et libera facere Praeterea et Nobilem Alexandrum Poletyski Brzeznowszky fratrem suum amitalem ad faciendam cessionem Aviitalitatis super bona praefata per se infacienda scripta quam primum statuere se submittit sub damnis Omnibus simpliciter absq[ue] corporali iuramento taxatis et edicendis Et Coram officio pr[a]esenti Castren[si] Capitan[eali] Bransen[si] in primo Citationis Termino tanquam peremptorio peremptoria responsione Omnibus Controversiis exceptionibus evasionibus vera vel simplici infirmitatis dilatione pro Maiori Minorennitate successorum tarda extraditione [et] mala positione inordinata scriptione diffugio quouis exceptione Nec non dillationibus quibusuis Motivisq[ue] appellationibus ac earum prosequutionibus alysq[ue] in Universum iuris remedys et defensis legalibusq[ue] impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos succes[so]res Cti[?] abscribendo et abrenunciando Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Colembiewski Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter comparens Nobilis Anselmus Szablowszky sanus mente et corpore

expresse palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Adamum olim Joannis Golębiewski de solutione Viginti florenorum Polonicalium debiti [illegible] quietat et inscriptionem cassat perpetuis temporibus. Atac sua personali recognitione in Emissionis mediante.

Szabłowski — Debitum

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Lowiciensibus personaliter comparens Nobilis Albertus olim Alexandri Brzezowski filius sanus mente et corpore expresse palam publice ac libere recognovit. Quia Generoso Andreae Anselmo Szabłowski in Bożtaszy haeredi et pro [illegible] successoribus Viginti florenorum Polonicalium debiti certi veri et liquidi mutuatae pecuniae teneri ac debere et pro festo Sancta Barbarae Virginis et Martyris nunc futuro parata pecunia solvere realiter et effective dare et restituere se de omnibus bonis cum successoribus suis submittit et inscribit sub Vadio simili aliorum Viginti florenorum Polonicalium in defectu solutionis tempore praefixo adsolvendum succumbendo. Et coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Lowiciensi in primo citationis termino peremptoria responsione ac satisfactione omnibus in universum viis remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ubi absolvendo et abrenunciando. Sub amissione suae summae successibus totius et integrae causae.

Puchalski — Emissio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Lowiciensibus personaliter comparens Nobilis Marianus olim Stanislai Burakowski Bożtaszy sanus mente et corpore expresse palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Albertum olim Felicis Puchalski de vulneribus sibi per eum illatis tum et processu eo nomine obtento ob praestitam sibi sufficientem satisfactionem quietat emittit et liberum facit ab dicto nemini vulnerum ac processum cassat perpetuis temporibus.

Rzepnicka — Assecuratio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Lowiciensibus personaliter comparens Nobilis Christophorus filius Jakobi Krzyżewicki de Krzyżewicze Zadnie [illegible] sanus mente et corpore expresse palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Marianae filiae Nobilis Adami Rzepnicki consorti suae legitimae in omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus in haereditate Krzyżewicze Zadnie consistentibus haereditariis obligationibus paternis maternis et aliis quovis modo se concernentibus ac Nobilis [illegible] consistentibus [illegible] habitis et in post favente

Deum